

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS
SALAMANCAE
DE LA
UNIDAD DE SE
LIBRERIA

Æ G I D II
H O R T E N S I I
I V R I S C O N S V L T I
O R D I N A R I I I V R I S C I V I L I S

in Academia Bituricensi Professoris,
Libelli Commentarii.

I N

*L. pacta conuenta 72. D. de contrahen. empt.
Tit. singulasque leges, D. de prescript. verb. &
in factum actionib.*

H I S A C C E S S E R V N T

*In Tit. & singulas leges, D. de usufruct. ad crescend.
Tit. quando dies usus fr. legat. ced.
Tit. & singulas leges, D. de transactionib.*



F R A N C O F V R T I,
Typis Sigismundi Latomi, impensis Vincentii Steinmeyeri.

M. D. C. IV.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum.

**CLARISSIMO ET
ERUDITISSIMO VIRO IOANNI**
 à Toldeo, Plenipedis & Nigrilacus Abbati, Reginæque
 matris Consiliario, & Eleemosynario, Ægid.
 Hortensius Anctensis, Salutem.

Cum viderem interpretum ad hunc locum errores, vir clarissime, mihi facil fuit ut scis, commoueri ad succurrendum vel tentandam veram Papiniano lucem: maxime ex quo tuū mihi ad hanc rem accessit consilium & aucloritas. Postquam igitur id mihi prospere cessisse tu coram arbitratus es, quid aliud supereft, quam ut ceterorum iudicium experiamur? Ea causa hac meam opellam in publicum exire iussi, velamento nominis tui, ne quid ad bonum nō men, faustitatē & fauorem ei desit. Hic locus illustris fuit, ut plerique alii, ab infamia & inscitia interpretum, à qua nonnullos iam ut spero, vindicauimus maiori hac tenuis, ut tenes, inuidia quam fructu. Hanc vero & si nouissime vindicatum repono & luce dono omnium primum, seu quod adeo ipse mihi in eo placuerim, & tanquam amator morā ferre non possim, seu quod tritura huius materiæ, tum in scholis, tum in foro diem, ut ita dicam, natalem & parium urget. Non aliud tota iurisprudentia locus maioris momenti est: non alio magis publice interest de vera aucloris sententia. Scio quam prima fronte docti indocti, vix audituri sint nostra hac, omnia de adminiculis pacta, que postea facta detrahunt emptioni, cotineri contractu videri, de hisdem eadem, ne ab ingressu quidem emptionis facta ex parte agentis inesse. Sed tamen neminem adeo fermum & morosum puto, ut non mitescere, munis & lentus huic discipline esse possit, qui modo se nobis docilem præbuerit. Age igitur vir Clariſſ. fac

5



AEGID. HORTEN-

SII ANETENSIS AD L. PA-

cta conuenta 72. D. de contrahen. empt.

Commentarius.

Pactum est duorum vel plurium in idem placitum & consensus, *L. i. sup. de pact.* Pactorum vero quædam non tantum sunt pacta, sed etiam, & quidem proprie contractus, quædam sunt tantum pacta, non etiam contractus. Contractus sunt ea quæ per se actionem pariunt, pacta vero tantum ea, quæ non pariunt, *L. 7. supr. de pact.* & quemadmodum illa non dicuntur pacta, quamvis sint, sed magis proprie & specialiter contractus, sic etiam ista dicuntur hoc loco conuenta, id est nihil aliud quam pacta, vel certe quæ non eò usque perueniunt, ut contractum faciant actionem per se pariant. Quo modo pro pactis conuentis habemus etiam pacta non nuda, quæ scilicet initio contractus facta sunt: quæ proprie dicuntur contractum actionem ex eo formare, *d. L. 7. §. quinimo.* Certe enim neque ipsa magis per se aut à capite suo actionem pariunt, quam nuda seu postea facta, sed à contractu, cui adiiciuntur & cohærent, à quo hanc vim mutuantur, quo contractu ideo contineri & inesse dicuntur, *d. §. quinimo, & §. adeo.* Quod si actionem per se parerent, iam non pacta conuenta, sed meliori & maiori nomine, ut essent reapse, sic certe appellarentur contractus, & iam non contineri vel abesse, sed continere vel per se esse dicerentur. Sic Papinianus hoc loco vtitur & intelligit, quando non satis habet pacta conuenta appellare, ne (quod alias possemus) ea appellatione ea quoque pacta accipiamus, quæ in continentia cōtractus facta sunt, sed adiicit hæc verba, quæ postea facta, quibus verbis tandem ea excludit, quæ in ingressu contractus facta sunt: & quod vult de his pactis, quæ emptioni detra-